

巴斯卦前夕

一等

這個喜樂的前夕、是紀念基督勝利的復活，及我們藉聖洗而對祂新生命的分享。

全部的儀式包括四點：一、光的慶祝。二、巴斯卦前夕古經與祝文等。三、聖洗的典禮。四、彌撒。

1. 光的慶祝

巴斯卦原意為「經過」，經過黑暗而達光明，象徵經過死亡而至生命。復活了的基督是世界的光；過去猶太人出埃及後，在曠野中時，由火柱引導向福地進發，現今基督叫人們出于罪惡的黑暗以後，引領他們經過此世而向天上的家鄉進發。——

巴斯卦聖蠟（五傷蠟燭）是復活了基督的象徵，因而在儀式中、置於祭臺前中間最榮譽的處所。儀式開始時聖堂內不點燈，在堂外聖火。隨即準備巴斯卦聖蠟；在蠟上置香釘五枚，為表示尊敬復活了基督的五傷。在蠟上刻十字形後，又刻希臘字母首尾二字 Λ 及 Ω ，以及當年份的數目碼字：表示復活了的基督、是天主永遠之子，掌管人類全部歷史的變故，並使祂的教會在末日時、達於確定的勝利。然後進入聖，把巴斯卦聖蠟的光分授在場的大眾：先聖職人員，後眾售友。這表示這表示新的生命由復活的基督傳達於一般的人。

祝聖新火

在夜間彌撒前的相宜時間，司祭穿上紫色披肩，偕同五六品等到聖堂門口。在堂外先用火石打火，為追憶普世真光基督由石墓中復活；嗣即從這新火燃着木炭。司祭做在堂門口（即便於信眾易見之處）聖新火，同時念：

Ū. Dóminus vobíscum.

F. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui per Fílium tuum,
angulárem scílicet lápidem, claritátis
tuæ ignem fídelibus contulísti:
prodúctum e sílice, nostris

司：願主與你們同在。

眾：也與你的心靈同在。

司。請眾同禱：天主，祢曾藉著祢的聖子即聖教會的奠基石，將祢榮光之火賜給了信眾；求祢把這出自火石以供我們享用的新火，

profutúrum úsibus, novum hunc
ignem sanctí @fica: et concéde nobis,
ita per hæc festa paschália cœlestibus
desidériis inflammári; ut ad perpétuæ
claritátis, puris méntibus, valeámus
festa pertíngere. Per eúndem
Christum Dóminum nostrum.
F. Amen.

予以 + 祝聖，並恩賜我們在巴斯
卦慶節中，如此燃起渴望天福的
熱火，竟能以清潔的心神抵達那
永遠光明的慶節。因我們主基督。
眾：亞孟。

*司祭向新火灑聖水三次。輔祭從已聖了的火炭中取出一塊，放入提爐內，
然後司祭向新火獻香三次。*

祝聖復活五傷蠟燭

*司祭用一錐子，在蠟上刻一十字形，接着在十字架上下兩端刻上希臘文
首尾二字 A 及 Ω，然後再刻上當年年份的四個數目碼字，刻時念：*

Christus heri et hódie,
Princípium et Finis,
Alpha A
et Omega; Ω
Ipsíus sunt témpora
et sácula;
Ipsi gloria et imperium
per universa æternitátis sácula.
Amen.

基督昔日和今日，——原始和終
結，——亞耳法「A」——和奧
米加「Ω」；——現世——和永
世都是祂的；——光榮和王權屬
於祂，——於永世之世。亞孟。

*司祭向五枚香釘灑聖水及獻香各三次，然後按十字式插於復活蠟燭上，
同時念：*

Per sua sancta vúlnera
gloriósa
custódiat
et consérvet nos Christus Dóminus.
Amen.

祈望我們望基督、——藉着祂神
聖的——和光榮的五傷、——護
佑——及保存我們。亞孟。

此時六品握着由新火所點着的燭，司祭即用以燃點五傷蠟，同時念：

Lumen Christi glorióse resurgéntis
Díssipet ténebras cordis et mentis.

祈望光榮復活者基督的光明，驅
逐我們心靈的黑暗。

司祭祝聖燃着的五傷蠟說：

Ū. Dóminus vobíscum.
F. Et cum spírítu tuo.
Orémus.

司：願主與你們同在。
眾：也與你的心靈同在。
司：請眾同禱。全能的天主，求

Véniat, quæsumus, omnipotens Deus,
super hoc incensum cereum larga tuæ
bene @dictiónis infusio: et hunc
nocturnum splendorem invisibilis
regenerátor, inténde; ut non solum
sacrificium, quod hac nocte litatum
est, arcana lúminis tui admixtióne
refúlgeat; sed in quocúmque loco ex
huius sanctificatiónis mystério aliquid
fúerit deportátum, expúlsa diabólicæ
fraudis nequítia, virtus tuæ maiestátis
assístat. Per Christum Dóminum
nostrum.
F. Amen.

祢將祢的 + 降福豐盛地傾注在這
燃着的蠟燭上。祢是無形可見的
重賜新生之父，請祢垂顧此燭照
黑夜的火光；希望它不但使我們
今夜所獻的聖祭、因祢光明的玄
奧而益加光耀，並且使蒙了這祝
聖奧蹟的各份火燭，帶至任何地
方時，都能驅除魔鬼的惡計，使
祢尊威的德能常常存留。因我們
主基督。
眾：亞孟。

列隊進聖堂

此時全堂處於黑暗中，六品穿上白色六品禮衣及領帶，手中捧着五傷蠟。
列隊入的程序如此：首先持香爐者，次五品捧着苦像，六品拿着復活蠟
燭，司祭，聖職班，眾信友。

Ū. Lumen Christi.

遊行時停止三次：每次由六品舉
起復活蠟燭挺身站着，並以逐次
提高的聲調，唱：基督的光！

F. Deo grátias.

眾即向復活蠟跪下，並應唱：感
謝天主。

第一次停止在聖堂內前部，司祭由五傷蠟點自己手持的燭；第二次停止
在聖堂中部，聖職班人點手持的燭；第三次停止在祭臺前面，才燃點眾
信友及堂內所陳設的燭。

巴斯卦報導

六品把五傷蠟放在祭臺前中間後，隨即向司祭求降福，同時司祭即向他
說：

Dóminus sit in corde tuo, et in lábiis
tuis, ut digne et competenter
annúntiem suum paschále
præcónium: in nómine Patris, et
Fílii, @et Spíritus Sancti. Amen.

望主在你的心中和你的唇上，使
你以應具和相稱的方式，宣唱祂
的巴斯卦報導。因父，及子，+
及聖神的名。亞孟。

六品向經本及五傷蠟進了香後，便開始以下的「巴斯卦報導」，或名
「五傷蠟頌讚」；此時眾皆站立，手執燃着的蠟燭，與主日唱福音時相

Exsúltet iam Angélica turba
 coelórum: exsúltent divína mystéria:
 et pro tanti Regis victória tuba ínsonet
 salutáris. Gáudeat et tellus tantis
 irradiáta fulgóribus: et æténi Regis
 splendóre illustráta, totíus orbis se
 séntiat amisísse caliginem. Lætétur et
 mater Ecclésia, tanti lúminis adornáta
 fulgóribus: et magnis populórum
 vóci bus hęc aula resúltet. Quaprópter
 astántes vos, fratres caríssimi, ad tam
 miram huius sancti lúminis
 claritátem, una mecum, quæso, Dei
 omnipoténtis misericórdiam invocáte.
 Ut, qui me non meis méritis intra
 Levitárum númerum dignatus est
 aggregáre: lúminis sui claritátem
 infúndens, Cérei huius laudem
 implére perfíciat. Per Dominum
 nostrum Iesum Christum, Fílium
 suum: qui cum eo vivit et regnat in
 unitáte Spíritus Sancti Deus:

Ū. Per omnia sǎcula sǎculórum.
 F. Amen.

Ū. D ó m i n u s v o b í s c u m .

F. E t c u m S p í r i t u t u o .

Ū. S u r s u m c o r d a .

F. H a b é m u s a d D ó m i n u m .

Ū. Grátias agámus Dómino Deo
 nostro.

F. D i g n u m e t i u s t u m e s t .

Vere dignum et iustum est,

invísibilem Deum Patrem

omnipoténtem Filiúmque eius

unigénitum, Dominum nostrum

Iesum Christum, toto cordis ac mentis

afféctu et vocis ministério personáre.

Qui pro nobis æténo Patri Adæ

débitum solvit: et véteris piáculi

天上的眾天神現應踴躍歡欣吧！
 在慶祝這神聖的奧蹟中，應興高
 采烈的喜樂吧！望神聖的號角，
 大鳴特奏地傳布這位偉大君王的
 救贖凱旋！受到偌大光芒照射的
 大地，也要同樣歡幸；特因徧蒙
 這位永生君王的光輝之照耀，更
 應感到擺脫了全面籠罩的陰暗！
 我們的慈母聖教會滿被着如此大
 光，也當一致歡騰！最後，這座
 聖堂也應由教眾的歡呼而發聲慶
 頌！為此，可親愛的弟兄們，你
 們圍繞着這聖燭的至奇光明而參
 與聖禮的，請你們同我一起呼求
 全能天主的仁慈。祂恩准了我這
 個無功無德的人，列入於聖職的
 正輔祭之中；望祂把自己光輝傾
 注於我的心中，使我能完美地詠
 對此聖燭的頌讚。因我們主耶穌
 基督、天主子，祂和聖父及聖是
 惟一天主、永生永王。

啟：於無窮世之世。

應：亞孟。

啟：願主與你們同在。

應：也與你的心靈同在。

啟：請舉起我們的心。

應：我們的心歸向上主。

啟：請眾感謝主，我們的天主。

應：這是正義而必須的。

啟：我們以心靈的全部熱情及言
 語的整個功用，歌頌無形可見的
 全能天主父，和祂的惟一子耶穌
 基督我們主，實是正義而必須的；

cautiōnem pio cruóre detérsit.

Hæc sunt enim festa paschália, in quibus verus ille Agnus occíditur, cuius sángine postes fidelium consecrántur.

Hæc nox est, in qua primum patres nostros, filios Israël edúctos de Ægýpto, Mare Rubrum sicco vestígio transíre fecísti. Hæc ígitur nox est, quæ peccatórum ténebras colúmnæ illuminatiōne purgávit.

Hæc nox est, quæ hódie per univérsum mundum in Christo credéntes, a vítiis sáculi et calígine peccatórum segregátos, reddit grátiae, sóciat sanctitati. Hæc nox est, in qua, destrúctis vínculis mortis, Christus ab ínferis victor ascéndit. Nihil enim nobis nasci prófuit, nisi rédimi profuísset.

O mira circa nos tuæ pietátis dignátio! O inæstimábilis diléctio caritátis: ut servum redimeres, Fílium tradidísti! O certe necessárium Adæ peccátum, quod Christi morte delétum est! O felix culpa, quæ talem ac tantum méruit habére Redemptórem!

O vere beáta nox, quæ sola méruit scire tempus et horam, in qua Christus ab ínferis resurréxit! Hæc nox est, de qua scriptum est: Et nox sicut dies illuminábitur: Et nox illuminátio mea in deliciis meis. Huius ígitur sanctificátio noctis fugat scélera, culpas lavat: et reddit

因為祂（基督）曾代替我們，向永生的聖父償清了亞當的罪債，並慈愛地傾流了自己的寶血，塗清了我們由原罪應得的處罰。

請看巴斯卦的慶節：真正的巴斯卦羔羊被獻祭，祂的血聖化信眾的門框。

這一夜便是當初祢領了我們的祖先，伊撒爾子民，走出埃及，並乾腳渡過紅海的那一夜。今夜也便是那個火柱放光，清除了罪惡幽暗那一夜。

今夜便是使普世的一切信仰基督者脫離世俗邪惡，遠離罪孽的黑暗，而復蒙聖寵，重入諸聖者團體中的一夜。今夜便是我們的基督打斷了死亡的鎖鏈，從死者的陰府內獲勝上升的一夜。誠然，如果我們需不到救贖，受生於世究有何益！

聖父啊！祢對我們的仁慈真是令人驚奇的！祢對我們的恩愛真是無可估計的；祢為贖回如隸，竟將親子交出！真的，亞當的罪過具有奧蹟性的需要。因須賴基督的死亡、才可消除的呢！啊！這真是一個幸運的罪過：竟能招來一位這麼偉大的救贖主。啊！今夜真是幸福之夜：單獨它能知道基督從陰府中復活的期間與時刻！看哪！關於本夜聖經已說：「黑夜將如白晝光明」，「黑夜的光

innocéntiam lapsis et mæstis lætítiam. Fugat ódia, concórdiam parat et curvat impéria. In huius ígitur noctis grátia, súscipe, sancte Pater, incénsi huius sacrificium vespertínum: quod tibi in hac Cérei oblatióne solémni, per ministrórum manus de opéribus apum, sacrosáncta reddit Ecclésia. Sed iam columñæ huius præcónia nóvimus, quam in honórem Dei rútilans ignis accéndit. Qui licet sit divísus in partes, mutuáti tamen lúminis detriménta non novit. Alitur enim liquántibus ceris, quas in substántiam pretiósæ huius lámpadis apis mater edúxit. O vere beáta nox, quæ exspoliávit Ægýptios, ditávit Hebræos! Nox, in qua terrénis cæléstia, humánis divína iungúntur. Orámus ergo te, Dómine: ut Céreus iste in honórem tui nóminis consecrátus, ad noctis huius caliginem destruéndam, indeficiens perseveret. Et in odórem suavitátis accéptus, supérnis lumináribus misceátur. Flammas eius lúcifer matutínus invéniat. Ille, inquam, lúcifer, qui nescit occásus. Ille, qui regréssus ab ínferis, humáno géneri sérénus illúxit. Precámur ergo te, Dómine: ut nos fámulos tuos, omnémque clerum, et devotíssimum pópulum: una cum beatíssimo Papa nostro N., et Antístite nostro N., quiéte témporum concéssa, in his paschálibus gáudiis, assídua protectione régere, gubernáre et conserváre digneris. Réspice étiam ad eos, qui nos in potestáte regunt, et, ineffábili pietátis et misericórdiæ tuæ múnere, dírige cogitatiónes eórum ad

亮將使我喜樂」。的確這至聖之夜驅逐惡行，滌除罪過，對於有罪者賜以清潔，對於憂悶者予以愉快；它消除仇恨，它引致和好，它又屈伏惡權。

聖父啊！求祢在這寵福的夜裏、賞納在此所獻作為晚祭的火燄；聖教會將此由蜜蜂所製成的蠟燭，藉著聖職人員的手，向祢莊嚴隆重地呈奉。如今，我們對於受光輝火燄點燃着以火榮天主的這枝蠟柱，明瞭它所報導的一切。縱然它的火燄可以分離，但它的光卻不會損滅；因此火燄所汲取養料之蠟，乃由蜜蜂釀成而供此寶貴蠟柱之資。

啊！這真是個幸福之夜。！它曾剝奪了埃及人，而富裕了希伯來人！確是一個天地相交，天主與人合的一夜。為此，主啊，我們求祢，使這為光榮祢聖名而被祝聖的蠟燭，常燃不熄，為消滅這黑夜的暗暝。望它有如馨香般蒙祢悅納，並與天上的光體相混合。望曉星升起時此蠟之光依然不熄。我所說的曉星，乃是那個不會落的星辰，也即是那個從陰府返來，晴朗地光照了人類的救星。

主啊，最後求祢在此巴斯卦的慶期內，賞賜一個安寧的時間，並以祢不斷的蔭庇、管理、統治，並衛護我們——祢的僕役們——全體聖職人員、最忠誠於祢的子

iustitiam et pacem, ut de terréna operositáte ad cæléstem pátriam pervéniant cum omni populo tuo. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum.
F. Amen.

民、以及我們的至福教宗（某）和我們的主教（某）。求祢也垂顧那些秉權治理我們的官長，以祢仁愛和慈悲的無可宣言的恩寵，指導他們的思念合於正義與和平，以便率同祢的子民渡過世上的辛勞後，共達天上的家鄉。因此我們主耶穌基督，祢的子，祂和祢及聖神，是惟一天主，乃生乃王，於無窮世之世。

應：亞孟。

巴斯卦前夕古經與祝文

巴斯卦報導唱畢後，六品改穿紫色禮衣。此時誦讀者站在五傷蠟前，開始朗誦第一篇古經，眾皆坐下靜聽。

這四篇古經的節錄，提供我們舊約的史蹟與教訓；至于接著的祝文，援助引取其中的效果，為準備我們善行聖洗的典禮。*誦讀此四篇古經，不提書卷名稱，結束時也不答以「感謝天主」。*

創 1 : 1 – 31 , 2 : 1 – 2

In principio creávit Deus cælum et terram. Terra áutem erat inánis et vácuá, et ténebræ erant super fáciem abyssi: et Spíritus Dei ferebátur super aquas. Dixítque Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona: et divísit lucem a ténebris. Appellavítque lucem Diem, et ténebras Noctem: factúmque est vespere et mane, dies unus. Dixit quoque Deus: Fiat firmaméntum in médio aquárum: et dívidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmaméntum, divisítque aquas quæ erant sub firmaménto, ab his quæ erant super firmaméntum. Et factum est ita. Vocávit Deus firmaméntum Cælum:

古經一

在起初天主創造了天地。大地還是混沌空虛，深淵上還是一團黑暗，天主的神在水面上運行。

天主說：「有光！」就有了光。天主見光好，就將光與黑暗分開。天主稱光為「晝」，稱黑暗為「夜」。過了晚上，過了早晨，這是第一天。

天主說：「在水與水之間要有穹蒼，將水分開！」事就這樣成了。天主造了穹蒼，分開了穹蒼以下的水和穹蒼以上的水。天主稱穹蒼為「天」，天主看了認為好。

et factum est vespere et mane, dies secundus. Dixit vero Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum: et appareat arida. Et factum est ita. Et vocavit Deus aridam, Terram, congregationisque aquarum appellavit Mária. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait: Germinet terra herbam viréntem, et faciéntem semen, et lignum pomíferum fáciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetípso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam viréntem, et faciéntem semen iuxta genus suum, lignúmque fáciens fructum, et habens unumquódque seméntem secundum spéciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere et mane, dies tértius. Dixit áutem Deus: Fiant luminária in firmaménto cæli, et dívidant diem ac noctem, et sint in signa et témpora, et dies et annos: ut lúminent terram. Et factum est ita. Fecítque Deus duo luminária magna: luminária maius, ut præéssent diéi, et lumináre minus, ut præéssent nocti: et stellas. Et pósuit eas in firmaménto cæli, ut lucérent super terram, et præéssent diéi ac nocti, et divíderent lucem ac ténebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere et mane, dies quartus. Dixit étiam Deus: Producant aquæ réptile ánimæ vivéntis, et volátile super terram sub firmaménto cæli. Creavítque Deus cete grándia, et omnem ánimam vivéntem atque motábilem, quam produxerant aquæ in espécies suas, et omne volátile secundum genus suum.

過了晚上，過了早晨，這是第二天。

天主說：「天下的水應聚在一處，使旱地出現！」事就這樣成了。天主稱旱地為「陸地」，稱水匯合處為「海洋」。天主看了認為好。天主說：「在陸地上，土地要出生青草、結種子的蔬菜和結果子的果樹，各按照在它內的種子的種類！」事就這樣成了。土地就出生了青草、結種子的蔬菜，各按其類，和結果子的樹木，各按照在它內的種子的種類。天主看了認為好。過了晚上，過了早晨，這是第三天。

天主說：「在天空中要有光體，以分別晝夜，作為規定時節和年月日的記號。要在天空中放光，照耀大地！」事就這樣成了。天主於是造了兩個大光體：較大的控制白天，較小的控制黑夜，並造了星宿。天主將星宿擺列在天空，照耀大地，控制晝夜，分別明與暗。天主看了認為好。過了晚上，過了早晨，這是第四天。

天主說：「水中要繁生蠕動的生物，地面上、天空中要有鳥飛翔！」事就這樣成了。天主於是造了大魚和所有在水中孳生的蠕動生物，各按其類，以及各種飛鳥，各按其類。天主看了認為好。遂祝福牠們說：「你們要孳生繁殖，充滿海洋；飛鳥也要在地上

Et vidit Deus quod esset bonum. Benedixítque eis, dicens: Créscite, et multiplicámini, et repléte aquas maris: avésque multiplicéntur super terram. Et factum est vespere et mane, dies quintus. Dixit quoque Deus: Pro dúcat terra ánimam vivéntem in génere suo: iuménta, et reptília, et béstias terræ secúndum spécies suas. Factúmque est ita. Et fecit Deus quod esset bonum, et ait: Faciámus hóminem ad imáginem et similitúdinem nostram: et præsít pískibus maris, et volatílibus cæli, et béstiiis, universáeque terræ, omníque réptili quod movétur in terra. Et creávit Deus hóminem ad imáginem suam: ad imáginem Dei creávit illum, másculum et féminam creávit eos. Benedixítque illis Deus, et ait: Créscite et multiplicámini, et repléte terram, et subiícite eam, et dominámini pískibus maris, et volatílibus cæli, et univérsis animántibus, quæ movéntur super terram. Dixítque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferéntem semen super terram, et univérsa ligna quæ habent in semetípsis seméntum géneris sui, ut sint vobis in escam: et cunctis animántibus terræ, omníque vólucris cæli, et univérsis, quæ movéntur in terra, et in quibus est ánima vivens, ut hábeant ad vescéndum. Et factum est ita. Vidítque Deus cuncta quæ fécerat: et erant valde bona. Et factum est vespere et mane, dies sextus. Igitur perfécti sunt cæli et terra, et omnis ornátus eórum. Complevítque Deus die séptimo opus suum quod fécerat:

繁殖！」過了晚上，過了早晨，這是第五天。

天主說：「地上要生出生物，各按其類；走獸、爬蟲和地上各種生物，各按其類！」事就這樣成了。天主於是造了地上的生物，各按其類；各種走獸，各按其類；以及地上所有的爬蟲，各按其類。天主看了認為好。天主說：「讓我們照我們的肖像，按我們的模樣造人，叫他管理海中的魚、天空的飛鳥、牲畜、各種野獸、在地上爬行的各種爬蟲。」天主於是照自己的肖像造了人，就是照天主的肖像造了人：造了一男一女。天主祝福他們說：「你們要生育繁殖，充滿大地，治理大地，管理海中的魚、天空的飛鳥、各種在地上爬行的生物！」天主又說：「看，全地面上結種子的各種蔬菜，在果內含有種子的各種果樹，我都給你們作食物；至於地上的各種野獸，天空中的各種飛鳥，在地上爬行有生魂的各種動物，我把一切青草給牠們作食物。」事就這樣成了。天主看了他造的一切，認為樣樣都很好。過了晚上，過了早晨，這是第六天。這樣，天地和天地間的一切點綴都完成了。到第七天天主造物的工程已完成，就在第七天休息，停止了所作的一切工程。

et requiēvit die séptimo ab univérso
ópere quod patrarat.

Orémus.

Ū. Flectámus g é n u a .
F. Leváte.

Deus, qui mirabíliter creásti
hóminem, et mirabílius redemísti: da
nobis, quæsumus, contra
oblectaménta peccáti, mentis ratióne
persístere; ut mereámur ad ætérna
gáudia perveníre. Per Dóminum
nostrum Iesum Christum, Fílium
tuum: qui tecum vivit et regnat in
unitáte Spíritus Sancti Deus, per
omnia sǎcula sǎculórum. F. Amen.

出 14 : 24 – 31 , 15 : 1

In diébus illis: Factum est in vigília
matutína, et ecce respiciens Dóminus
super castra Ægyptiórum per
columnam ignis et nubis, interfécit
exércitum eórum: et subvértit rotas
cúrruum, ferebantúrque in
profúndum. Dixérunt ergo Ægýptii:
Fugiámus Israëlem: Dóminus enim
pugnat pro eis contra nos. Et ait
Dóminus ad Móysen: Exténde
manum tuam super mare, ut
revertántur aquæ ad Ægýptios super
currus et équites eórum. Cumque
extendísset Móyses manum contra
mare, réversum est primo dilúculo ad
priórem locum: fugientibúsque
Ægýptiis occurrérunt aquæ, et
invólvit eos Dóminus in médiis
flúctibus. Reversáeque sunt aquæ, et
operuérunt currus et équites cuncti
exércitus Pharaónis, qui sequéntes
ingréssi fúerant mare: nec unus
quidem supérfruit ex eis. Fílii áutem

祝文一

請眾祈禱。 我們跪下吧！
請你們起立！

天主，祢奇妙地造了人，而更奇
妙地救贖了他。求祢恩賜我們賴
着理智的正則，抵抗罪惡的誘惑，
為能到達永遠的歡樂。因我們的
主耶穌基督，祢的子，祂和祢及
聖神，是惟一天主，永生永王於
無窮世。眾：亞孟。

古經二

到了晨時末更，上主在火柱和雲
柱上，窺探埃及軍隊，使埃及的
軍隊混亂。又使他們的車輪脫落，
難以行走，以致埃及人說：「我
們由以色列人前逃走罷！因為上
主替他們作戰，攻擊埃及人。」
上主對梅瑟說：「向海伸出你的
手，使水回流到埃及人、他們的
戰車和騎兵身上。」到了天亮，
梅瑟向海伸手，海水流回原處；
埃及人迎着水逃跑的時候，上主
將他們投入海中。回流的水淹沒
了法郎的戰車、騎兵和跟着以色
列子民來到海中的法郎軍隊，一
個人也沒有留下。但是以色列子
民在海中乾地上走過去，水在他
們左右好像牆壁。這樣上主在那
一天從埃及人手中拯救了以色列
人。以色列人看見了埃及人的屍
首浮在海邊上。以色列人見上主

Israël perrexérunt per médium sicci maris, et aquæ eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris: liberavítque Dóminus in die illa Israël de manu Ægyptiórum. Et vidérunt Ægyptios mórtuos super littus maris, et manum magnam. quam exercúerat Dóminus contra eos: timuítque pópulus Dóminum, et credidérunt Dómino, et Móysi servo eius. Tunc cécinit Móyses, et filii Israël carmen hoc Dómino, et dixerunt:

出 15 : 1 , 2 , 3

Cantémus Dómino: glorióse enim honorificátus est: equum et ascensórum proiécit in mare: adiútor, et protéctor factus est mihi in salútem. Ū. Hic Deus meus, et honorificábo eum: Deus patris mei, et exaltábo eum. Ū. Dóminus cónterens bella: Dóminus nomen est illi.

Orémus.

Ū. F l e c t á m u s g é n u a .
F. Leváte.

Deus, cuius antíqua mirácula étiam nostris sáeculis coruscáre sentímus: dum quod uni pópulo, a persecutióne Ægyptíaca liberándo, dexteræ tuæ poténtia contulísti, id in salútem géntium per aquam regeneratiónis operáris: præsta; ut in Abrahæ filios, et in Israelíticam dignitátem, totíus mundi tránseat plenitúdo. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum. F. Amen.

依 4 : 2 – 6

向埃及人顯示的大能，百姓都敬畏上主，信了上主和他的僕人梅瑟。那時梅瑟和以色列子民唱了這篇詩歌，歌頌上主說：

聖歌

「我要歌頌上主，因祂獲得全勝，將馬和騎士投於海中。上主是我的力量和保障，祂作了我的救援。祂是我的天主，我要頌揚祂；是我祖先的天主，我要讚美祂。上主是戰士，名叫『雅威』。」

祝文二

請眾祈禱。 我們跪下吧！
請你們起立！

天主，祢古時所顯的奇蹟，連在現代的我們還能看見它在炳耀着。就如那時祢顯示了右手的大能，為解救一個民族脫離埃及的迫害，現今祢藉著重生的水，保證億萬民眾的得救。我們求祢開恩，使普世萬民都能轉生為亞巴郎的子民，並獲得伊撒爾民族的尊位。因我們的主……。

眾：亞孟。

古經三

In die illa erit germen Dómini in magnificéntia, et glória, et fructus terræ sublímis, et exultátio his, qui salváti fúerint de Israël. Et erit: Omnis qui relíctus fúerit in Sion, et resíduus in Ierúsalem, sanctus vocábitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierúsalem. Si ablúerit Dóminus sordes filiárum Sion, et sánguinem Ierúsalem láverit de médio eius, in spíritu iudícii, et spíritu ardóris. Et creábit Dóminus super omnem locum montis Sion, et ubi invocátus est, nubem per diem, et fumum, et splendórem ignis flammántis in nocte: super omnem enim glóriam protéctio. Et tabernáculum erit in umbráculum diéi ab æstu, et in securitátem, et absconsiónem a túrbine, et a plúvia.

天主時時照顧祂的子民，宛如種葡萄者注意他所種植的葡萄園，為使它成為華美而富於生些的一般。在舊約時，天主每每罰伊民的抗命、卻常常保存着少數的忠實者，為準備救主的來臨：因祂該由忠實的選民中誕生的啊；至於祂的使命、便是洗滌人們的罪惡，並復興天主的全體子民。現今基督業已來臨，天下各國人民藉洗禮而滌滌了他們的罪，並歸入聖教，即所謂主的葡萄園；連合着基督的我們，都是這葡萄園的葡萄枝。我們該絕對的任天主消除我們心中一切的荊棘（世俗），使祂的恩寵能在我們心中產生卓越的美果（聖德）。

那一日，由上主所發出的苗芽（基督），必成為以色列遺民的光輝與榮耀；地上的果實（基督）必成為他們的誇耀與光彩。凡留在熙雍的，遺在耶路撒冷的，即凡錄在耶路撒冷的生命冊上的，都必將稱為聖者。當吾主以懲治的神和毀滅的神，洗淨熙雍女子的污穢，滌除耶路撒冷中間的血漬時，上主將顯現在熙雍山整個地盤與其集會之上：白日藉著雲煙，黑夜藉光亮的火焰；因為在一切之上，有上主的榮耀，有如天蓋和帳棚，白日作蔭影以免炎暑，又可作庇護，以避狂風暴雨。

依 5 : 1 – 2

Vínea facta est dilécto in cornu, in

聖歌

我的愛友有一座葡萄園，位於肥

loco úberi. Ū. Et maceriam circumdedit, et circumfodit: et plantavit vineam Sorec: et ædificavit turrim in médio eius. Ū. Et tórcular fodit in ea: vinea enim Dómini Sábaoth, domus Israël est.

Orémus.

Ū. Flectámus g é n u a .

F. Leváte.

Deus, qui in ómnibus Ecclésiæ tuæ filiis sanctórum prophetárum voce manifestásti, in omni loco dominatiónis tuæ, satórem te bonórum séminum, et electórum pálmítum esse cultórem: tríbue pópulis tuis, qui et vineárum apud te nómine censéntur, et ségetum; ut, spinárum et tribulórum squalóre resecáto, digna efficiántur fruge fecúndi. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. F. Amen.

申 31 : 22 – 30

In diébus illis: Scripsit ergo Móyses cánticum et dócuit filios Israël. Præcepítque Dóminus Iósue filio Nun et ait: Confortáre, et esto robústus: tu enim introdúces filios Israël in terram, quam pollicítus sum, et ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moses verba legis huius in volúmine, atque conplévit: præcépit Levítis, qui portábant arcam fœderis Dómini dicens: Tóllite librum istum, et pónite eum in látere arcæ fœderis Dómini Dei vestri: ut sit ibi contra te in testimónium. Ego enim scio

沃的山崗上；祂翻掘了土地，除去了石塊，栽上了精選的葡萄樹，園中築了一座守望台，又鑿了一個榨酒池：原希望它結好葡萄，它反倒結了野葡萄。

祝文三

請眾祈禱。 我們跪下吧！
請你們起立！

天主，祢曾藉著聖先知們的口，宣示了在祢所轄的各地區，於祢教會的眾子女身上，祢是播撒優良種子和栽培精選的葡萄樹者。現在祢的子民，即是祢所命名為祢的葡萄園和莊稼的，求祢恩賜他們能剪去他們茨藜和荊棘的穢蕪，而多結豐滿的佳果。因我們的主……。

眾：亞孟。

古經四

自舊的盟約結了以後，梅瑟用莊嚴的聖歌、勸勉伊民忠守天主的法律。基督徒是經聖洗而成為新約之子民的，自然也誓許了奉事與服從天主。教友們、現當時重行聖洗誓願之時，應準備我們，以遵守基督的法令，全心奉事天主。祂的聖寵能改造我們成為忠實的信徒，並使我們獲得奉事天主的福樂。那一天、梅瑟遂在那一天寫下了這篇詩歌，教給了以色列子民。此後，上主吩咐農的

contentiōnem tuam, et cervicem tuam durissimam. Adhuc vivēte me, et ingrediēte vobiscum, semper contentiōse egistis contra Dóminum: quanto magis cum mórtuus fūero? Congregáte ad me omnes maióres natu per tribus vestras, atque doctóres, et loquar audiéntibus eis sermónes istos, et invocábo contra eos cælum et terram. Novi enim quod post mortem meam iníque agétis, et declinábitis cito de via, quam præcépi vobis: et occúrent vobis mala in extrémō témpore, quando fecéritis malum in conspéctu Dómini, ut irritétis eum per ópera mánuum vestrárum. Locútus est ergo Móyses, audiēte univérso cœtu Israēl, verba cárminis huius, et ad finem usque conplévit:

申 32 : 1 – 4

Attēde, cælum, et loquar: et áudiat terra verba ex ore meo. Ū. Exspectétur sicut plúvia elóquium meum: et descéndant sicut ros verba mea, sicut imber super grámina. Ū. Et sicut nix super fænum: quia nomen Dómini invocábo. Ū. Date magnitúdinem Deo nostro: Deus, vera ópera eius, et omnes viæ eius iudícia. Ū. Deus fidélis, in quo non est iníquitas: iustus et sanctus Dóminus.

Orémus.

兒子若蘇厄說：「你要勇敢堅決，因為你要領以色列子民進入我給他們誓許的土地，我必與你同在。」梅瑟將這法律的話在書上寫完以後，便吩咐抬上主約櫃的肋未人說：「你們將這法律書拿去，放在上主你們天主的約櫃旁，留在那裏作為反對你的證據。因為我知道你是如何頑固執拗。看，我還同你們生活在一起的今天，你們就這樣反抗了上主；何況在我死後！你們給我將你們支派所有的長老和官員召來，我要將這些話說給他們聽，指着天地對他們作證。因為我知道在我死後，你們必定完全敗壞，離棄我吩咐你們的道；最後，你們必要遭遇災禍，因為作了上主視為邪惡的事；以你們的作為，使他發怒。」梅瑟遂在以色列全體會眾前，由頭至尾，大聲朗誦了這篇詩歌的話。

聖歌

「蒼天，傾聽，我要發言；大地，聆聽我口要說的話！願我的教訓如雨下降，我的言語似露滴落，像降在綠茵上的細雨，像落在青草上的甘霖！因為我要宣揚上主的名，請讚頌我們的天主！他是磐石，他的作為完美無比；他的行徑公平正直，他是忠實無妄的天主，公義而又正直。」

祝文四

請眾祈禱。 我們跪下吧！

Ū. Flectamus genua.
F. Levate.

Deus, celsitudo humilium et fortitudo
rectorum, qui per sanctum Móysen
púerum tuum, ita erudire pópulum
tuum sacri cárminis tui decantatióne
voluísti, ut illa legis iterátio fieret
étiam nostra diréctio: excíta in
omnem iustificatarum géntium
plenitúdinem poténtiam tuam, et da
lætítiam, mitigándo terrórem; ut,
ómnium peccátis tua remissióne
delétis, quod denuntiátum est in
ultióne, tránseat in salútem.
Per Dóminum nostrum Iesum
Christum, Fílium tuum: qui tecum
vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti Deus, per ómnia sáecula
sæculórum. F. Amen.

請你們起立！

天主，祢是舉揚謙遜人，並支持
義人的，祢那時願意藉着祢的忠
僕梅瑟、採行詠唱祢的聖詩的辦
法，來訓誨祢的子民，使這法律
的一再申誦、也作為我們的生活
指導；我們現在求祢，對於獲得
復義之恩的全體人民、振起祢的
權能，並輕減他們的怕情，並賜
以喜樂；祢既以祢的仁慈赦免了
他們的罪過，求祢使原為懲罰之
威脅的，轉而變為得救的預約。
因我們主……。

眾：亞孟。

聖洗的典禮

在世戰爭的教會、首先向在天勝利的教會採求轉達，使即將受洗的（或
已領洗而復願的），仰藉復活的基督之恩寵能克服罪惡與死亡。旋即進
行聖洗聖水莊嚴的祝聖禮（這聖水將留為一年之用）。純潔的水、天主
的受造物，象徵在人心中藉洗禮發生潔淨的效用。這水由聖神祝聖後，
將成為領洗者生命的源泉，使他們成為新的受造物，令他們復活而得天
主子女的生命。

*古經與祝文完畢後，眾皆跪下，開始以不作重複的方式、唱列品禱文。
倘不舉行祝聖付洗聖水禮，即開始施行洗禮；倘也沒有人受洗，即舉行
領洗者復願禮。*

諸聖禱文

Ū. Kýrie eléison.
F. Kýrie eléison.
Ū. Christe eléison.
F. Christe eléison.
Ū. Kýrie eléison.
F. Kýrie eléison.

天主，矜憐我等 天主，矜憐我
基利斯督，矜憐 等。
我等 基利斯督，矜
憐我等。
基利斯督，

Ū. Pater de cælis, Deus.

R. Miserére nobis.

Ū. Fili Redemptor mundi, Deus.

R. Miserére nobis.

Ū. Spíritus Sancte, Deus.

R. Miserére nobis.

Ū. Sancta Trínitas, unus Deus.

R. Miserére nobis.

Ū. Sancta María. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancta Dei Génatrix. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancta Virgo víginum. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Míchaël. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Gábriel. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Ráphaël. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Omnes sancti Angeli et Archángeli. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Omnes sancti beatórum Spirítuum órdenes. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Sancte Ioánnes Baptísta. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Ioseph. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Omnes sancte Patriárchæ et Prophétæ. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Sancte Petre. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Paule. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Andréa. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Ioánnes. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Omnes sancti Apóstoli et Evangelístæ. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Omnes sancti Discípuli Dómini. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Sancte Stéphane. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Laurénti. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Vincénti. **R. Ora pro nobis.**

垂尤我等。

在天天主父者，
贖世天主子者，
聖神天主者，
三位一體天主者，

矜憐我等。

聖瑪利亞，
天主之母，
童身之聖童身者，
聖彌額爾，
聖加俾厄爾，
聖辣法厄爾，
諸聖遣使天神及
宗使天神者，
真福之神諸聖品
者，

聖若翰洗者，
聖若瑟，
聖教古祖及先知
諸聖者，

為我等祈。

聖伯多祿，
聖保祿，
聖安德肋，
聖若望，
宗徒及聖史諸聖
者，
吾主聖徒諸聖者，
聖祈德望，
聖老楞佐，
聖味增德，
為天主致命諸聖
者，
聖西爾物斯德肋，
聖額我略，
聖奧斯定，

Ū. Omnes sancti Mártyres. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Sancte Silvéster. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Gregóri. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Augustíne. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Omnes sancti Pontífices et Confessóres. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Omnes sancti Doctóres. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Sancte Antóni. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Benedícite. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Domínice. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancte Francísce. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Omnes sancti Mónachi et Eremítæ. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Sancta María Magdaléna. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancta Agnes. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancta Cæcília. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancta Agatha. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Sancta Anastásia. **R. Ora pro nobis.**

Ū. Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ. **R. Oráte pro nobis.**

Ū. Omnes Sancti et Sanctæ Dei. **R. Intercédite pro nobis.**

司教及專務精修

諸聖者，

專務明達傳解聖

道諸聖者，

聖安當，

聖本篤，

聖多明我，

聖方濟各，

主祭及副祭諸聖

者，

會中獨善及隱跡

精修諸聖者，

聖女瑪達肋納，

聖女依搦斯，

聖女則濟利亞，

聖女亞加大，

聖女亞納大西亞，

童女及節婦諸聖

女者，

天主諸聖人聖女

者...

祝聖付洗聖水

唱列品禱文時，在五傷蠟前面、眾教友易見的地方，預備一缸水及其他應用的物件。當祝聖時，司祭站在五傷蠟在旁，面向着教眾，以白式聲調唱：

Ū. Dóminus vobíscum.

F. Et cum spíritu tuo.

司：願主與你們同在。

眾：也與你的心靈同在。

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, adésto magnæ pietátis tuæ mystériis, adésto sacraméntis: et ad recreándos novos pópulos, quos tibi fons baptismátis párturit, spíritum adoptiόνis emítte; ut, quod nostræ humilitátis geréndum est ministério, virtútis tuæ impleátur efféctu. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus:

Per ómnia sǎcula sǎculórum.

F. Amen.

Ū. Dóminus vobíscum.

F. Et cum spíritu tuo.

Ū. Sursum corda.

F. Habémus ad Dóminum.

Ū. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

F. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus: qui invisibili potentia, sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum: et licet nos tantis mysteriis exsequendis simus indigni: tu tamen gratiæ tuæ dona non deserens, etiam ad nostras preces aures tuæ pietatis inclinas. Deus, cuius Spiritus super aquas inter ipsa munda primordia ferebatur: ut iam tunc virtutem sanctificationis, aquarum natura conciperet. Deus, qui nocentis mundi crimina per aquas abluens, regenerationis speciem in ipsa diluvii effusione signasti: ut, unius eiusdemque elementi mysterio, et

司：請眾同禱。

全能永生的天主，求祢臨佑在我們所慶祝祢大慈偉愛的奧蹟，求祢臨佑於我們所舉行神聖的奧禮。為使這洗泉所給祢產生的子女，能重作祢的子民，求祢差遣施承繼的聖神；並求祢使我們這些卑微僕職將所行的，賴着祢的全能，得到圓滿的功效。因我們主耶穌基督，祢的子，祂和祢及聖神，是惟一天主，永生永王。

以頌謝詞的聲調唱：

司：於無窮世之世。

眾：亞孟。

司：願主與你們同在。

眾：也與你的心靈同在。

司：請舉起我們的心。

眾：我們的心歸向上主。

司：請眾感謝主，我們的天主。

眾：這是正義而必需的。

司：主，至聖之父，全能永生的天主，我們時時處處頌謝祢，實是正義而必需的，屬於我們天職的，也使我們得救。祢以肉眼看不見的能力，行使祢聖事的奇妙的功效；我們雖然當不起慶祝這麼偉大的奧蹟，但祢不單不吝嗇祢的寵恩，反而側垂慈耳來聽我們的謙禱。天主啊！於開闢世界之初，祢的神曾運行於大水之上，為使這天然的液體，就在那時已含有聖化的能力。天主，祢以水洗滌着墮落世界的罪污，已在那洪水湧流上，預示了重生聖洗的象徵：因祢藉著惟一與同一的元

finis esset vitiis, et origo virtutibus. Respice, Domine, in faciem Ecclesiæ tuæ, et multiplica in ea regenerationes tuas, qui gratiæ tuæ affluentis impetu lætificas civitatem tuam: fontemque baptismatis aperis toto orbe terrarum gentibus innovandis: ut, tuæ maiestatis imperio, sumat Unigeniti tui gratiam de Spiritu Sancto.

Hic celebrans in modum crucis aquam dividit manu extensa, quam statim linteo extergit, dicens:

Qui hanc aquam, regenerândis homínibus præparátam, arcána sui núminis admixtióne fecúndet: ut, sanctificatióne concépta, ab immaculáto divíni fontis útero, in novam renáta creatúram, progénies cæléstis emérgat: et quos aut sexus in córpore, aut ætas discérnit in témpore, omnes in unam páriat grátia mater infántiam. Procul ergo hinc, iubénte te, Dómine, omnis spíritus immúndus abscédat: procul tota nequítia diabólicæ fráudis absístat. Nihil hoc loci hábeat contráriæ virtútis admíxtio: non insidiándo circúmvolet: non laténdo subrépat: non inficiéndo corrúmpat.

Aquam manu tangit.

Sit hæc sancta et ínnocens creatúra, libera ab omni impugnatóris incúrsu, et totíus nequítiae purgáta discéssu. Sit fons vivus, aqua regénerans, unda puríficans: ut omnes hoc lavácro salutífero diluéndi, operánte in eis Spíritu Sancto, perféctæ purgatiónis

素（水）之奧蹟，將使罪惡終止，聖德發端。主，祢既以聖寵的宏流巨波，悅樂祢的聖城，並在普世開闢聖洗的泉源，為使億兆人民得以重生；求祢看在祢聖教會的份上，給她增多重生的子女，叫她在祢尊威的命令下，由聖神手中，領受祢獨子的聖寵。

此時司祭伸手分水作十字架形。

祈望聖神將祂奧妙的神力加入水內，使這專為重生人靈的水，具有繁衍的效能，以備人們得到聖化的孕育，能由這個天主水泉的淨胎中，再生而為新造的人物，升作天國的後裔。望宛如母親般的聖寵，將一切人等，不論性別、年齡，一概新生如雛兒。主啊！求祢命令，使一切污穢之神，從這水中遠遠遁避；魔鬼陰謀的全套惡行，遠遠離去；任何仇敵的反動勢力，得不到餘地來混入其中；不得繞它環飛，設放圈套；不得暗中隱身，乘機潛入；不得傳入毒素，使它敗壞。

此時司祭以手觸水。

願這造就而成為神聖的水，脫去仇敵的一切攻擊，除掉一切罪惡的髒污。望它成為使人生活的水泉，使人再生的水，使人化潔的波流，以致任何人在這帶有救恩的池中沐浴後，賴着聖神在他們心內的化工，都能蒙到完全潔淨

indulgéntiam consequántur.

Facit crucem super aquam, dicens:

Unde benedíco te, creatúra aquæ, per Deum @vivum, per Deum @verum, per Deum @sanctum: per Deum, qui te, in princípíio, verbo separávit ab árida: cuius Spíritus super te ferebátur.

Hic manu aquam dividit, et effundit eam versus quatuor mundi partes, dicens:

Qui te paradísi fonte manáre fecit, et in quátuor flumínibus totam terram rigáre præcépit. Qui te in desérto amáram, suavítate índita, fecit esse potábilem, et sitiénti pópulo de petra prodúxit. Bene @dico te et per Iesum Christum Fílium eius únicum, Dóminum nostrum: qui te in Cana Galilææ signo admirábili, sua poténtia convértit in vinum. Qui pédibus super te ambulávit: et a Ioánnē in Iordáne in te baptizátus est. Qui te una cum sángine de látere suo prodúxit: et discípulis suis iussit, ut credéntes baptizaréntur in te, dicens: Ite, docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Mutat vocem, et prosequitur recto tono:

Hæc nobis præcépta servántibus tu, Deus omnípotens, clemens adésto: tu benígnus aspíra.

的恩寵。

司祭在水上劃三個十字聖號，唱說：

所以，受造的水啊！我現在因着永生 + 的天主、真實 + 的天主、至聖 + 的天主來降福你；祂最初用一句話將你從陸地分開了，祂的神曾在你上面運行。

司祭以手分水，向四面灑水若干唱說：

祂曾使你由地堂的泉中湧出，並命你分作四道河流，灌溉全境。祂又在曠野中將你的苦質變為甜味，使人人可飲；並由磐石中將你引出，解了百姓們的口渴。我再因着祂的聖子，我們主耶穌基督 + 來降福你：祂曾在加黎利的卡納地方顯了奇蹟，以自己的全能使你變成了酒；祂也曾在你上面步行過；祂也曾約但河浸在你內、受洗於若翰之手；祂也曾使你和血由祂的肋膀中一齊流出；祂並且吩咐了祂的門徒們，用你給信從者付洗說：「你們前去，教訓萬民，因父及子及聖神之名給他們付洗。」

改用誦念聲調。

全能的天主，我們現在正要奉行祢這命令，求祢寬仁地助佑我們，並慈惠地吹出祢的聖神。

*Halat ter in aquam in modum crucis,
dicens:*

Tu has simplices aquas tuo ore
benedícito: ut præter naturálem
emundatiónem, quam lavándis
possunt adhibére corpóribus, sint
étiam purificándis méntibus effícaces.

*Hic celebrans paululum demittit
cereum in aquam: et resumens tonum
præfationis, dicit:*

Descéndat in hanc plenitúdinem
fontis virtus Spíritus Sancti.

*Deinde extractum cereum de aqua,
iterum profundius mergit, aliquanto
altius repetens:*

Descéndat in hanc plenitúdinem
fontis virtus Spíritus Sancti.

*Postea cereum rursus de aqua
extractum, tertio immergens usque ad
fundum, altiori adhuc voce repetit:*

Descéndat in hanc plenitúdinem
fontis virtus Spíritus Sancti.
*Descendat, ut supra. Et deinde
sufflans ter in aquam, secundum hanc
figuram Ψ, prosequitur:*

Totámque huius aquæ substántiam,
regenerándi fecúndet efféctu.
Totámque huius aquæ substántiam,
regenerándi fecúndet efféctu.
Totámque huius aquæ substántiam,
regenerándi fecúndet efféctu.

Hic tollitur cereus de aqua, et

司祭用十字形向水噓氣三次，在
此非作驅魔禮，氣是天主精密與
深透的行動的標記，並是生命的
象徵。司祭用他的噓氣，為表示
天主聖化的行動。

主，求祢以祢的呵氣，降福這清
水，使它除了洗刷肉身之外，具
有淨化心靈的效能。

司祭將五傷蠟放入水中三次，且
一次比一次放深，並以逐次提高
的聲調，每次唱：

祈望聖神的德能充滿這個水泉，

司祭作「μ」字形，再向聖水噓
氣三次一唱說

並使這水的整個體質具有重生人
靈的效力。

將聖蠟從水中取出，唱：

願一切的罪污，賴此水完全消滅；
並願那按照祢的肖像而受造，又
蒙祢改造而恢復其原有地位的人，
經此水而除去「舊人」的諸般污
穢；使凡領這重生聖事的人，就
重新誕生為一個真正無罪的新生
嬰兒。

改用誦念聲調：

因祢的子、我們主耶穌基督，祢
將降來審判生者死者，並用火來

prosequitur:

Hic ómnium peccatórum máculæ deleántur: hic natúra ad imáginem tuam cóndita, et ad honórem sui reformáta princípíi, conctis vetustátis squalóribus emundétur: ut omnis homo, sacraméntum hoc regeneratiónis ingrèssus, in veræ innocéntiæ novam infántium renascátur.

Sequentia dicit legendo:

Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: qui ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos, et sáeculum per ignem. R. Amen.

Sanctificétur @et fecundétur fons iste
Oleo salútis renascéntibus ex eo, in
v i t a m æ t é r n a m .
F. Amen.

Deinde infundit de chrismate, modo quo supra, dicens:

Infúsio Chrismatis Dómini nostri Iesu Christi, et Spíritus Sancti Parácliti, fiat in nómine santæ Trinitátis. F. Amen.

Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti, et chrismatis, et de utroque simul in modum crucis infundendo, dicit:

C o m m í x t i o C h r í s m a t i s
sanctificatiónis, et Olei unctiόνis, et
aquæ baptísmatis, páriter fiat in
nómine Pa @tris, et Fí @lii, et

淨化世界的。

眾：亞孟。

此時即將新聖的水取出大部份，感於另備的器皿內，以備領洗者復願時灑教眾並為灑信友家中之用。旋即司祭望教者屋油倒入聖水中，念：

願此泉水因着這個施救的聖油，成聖而富繁殖力，使由它再生的人們得享常生。

眾：亞孟。

再將堅振聖油倒入水中，念：

願我們主耶穌基督和施慰聖神的聖油，因聖三之名注入此水中。

眾：亞孟。

再將望教和堅振的兩瓶聖油倒聖入水中，念：

願這個施行聖化的，和供敷擦的油，也因父 + 及子 + 及聖神 + 之名，偕同付洗的水互相混合。

眾：亞孟。

Spíritus @Sancti.
F. Amen.

施行洗禮

在古時的教會、新入教者正在此時領受洗禮。現今教會的期望：倘有新入教者，使在此夜於信徒們的集會中、舉行這個隆重的典禮。藉着這件聖事、在我們眼簾前便將履行一個新的復活。

列隊到領洗池

施行洗禮完畢，或不舉授洗禮而於祝聖付聖水之禮完畢，列隊到領洗池處，為恭送聖洗聖水；至於五傷蠟放在原處；啟行時唱：

詠 41 : 2 – 4

Sicut cervus desiderat ad fontes
aquarum: ita desiderat ánima mea ad
te, Deus. Ū. Sitivit ánima mea ad
Deum vivum, quando véniam, et
apparébo ante fáciem Dei? Ū. Fuérunt
mihi lácrymæ meæ panes die ac
nocte, dum dicitur mihi per singulos
dies: Ubi est Deus tuus?

天主，我的靈魂渴慕你，真好像
牝鹿渴慕溪水。我的靈魂渴念天
主，生活的天主，我何時來，能
把天主的儀容目睹？有人終日向
我說：「你的天主在那裡？」我
的眼淚竟變成了我晝夜的飲食。

聖水倒入領洗池時，司祭念。

Ū. Dóminus vobíscum.

F. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, respice
propítius ad devotióem pópuli
renascéntis, qui sicut cervus, aquarum
tuarum éxpetit fontem: et concéde
propítius; ut fídei ipsíus sitis,
baptísmatis mystério, ánimam
corpúsque sanctíficet. Per Dóminum
nostrum Iesum Christum, qui tecum
vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti, Deus, per ómnia sácula
sæculórum.

F. Amen.

司：願主與你們同在。

眾：也與你的心靈同在。

司：請眾同禱。

全能永在的天主，祢的這些子民、
現在切願重生，就如渴了的鹿，
奔向祢的水泉一樣；求祢垂鑒他
們的熱情，大開聖恩，使他們憑
着這個信德的渴望、因着聖洗的
奧蹟、蒙到神形的聖化。因我們
主……。

眾：亞孟。

司祭向領洗池獻香，然後在靜默中歸回原處。

重宣聖洗的誓願

一般已領洗的，現今即將重行領洗時的誓願。主禮者先行向眾講解這個儀式的用意：這是為追隨復活的基督元首，拒絕魔鬼一種莊嚴和公開的誓願。

祝聖聖水禮完畢，或不舉行此禮而於列品禱文第一部份唱畢，隨即舉行領洗者的復願。司祭脫去紫色禮衣，改穿白色披肩及領帶（或由其他神父代）；先向五傷蠟獻香，然後向教眾致以下訓詞：

Hac sacratissima nocte, fratres carissimi, sancta Mater Ecclesia, recólens Dómini nostri Iesu Christi mortem ei sepultúram, eum redamándo vígilat; et, célebrans eiúsdem gloriósam resurrectiónem, lætá b ú n d a g á u d e t. Quóniam vero, ut docet Apóstolus, consepúlti sumus cum Christo per baptísmum in mortem, quómodo Christus resurrexit a mórtuis, ita et nos in novitáte vitæ opórtet ambuláre; sciéntes, véterem hóminem nostrum simul cum Christo crucifixum esse, ut ultra non serviámus peccáto. Existimémus ergo nos mórtuos quidem esse peccáto, vivéntis áutem Deo in Christo Iesu Dómino nostro. Quaprópter, fratres carissimi, quadragesimáli exercitatióne absolúta, sancti baptísmatis promissiónis renovémus, quibus olim sátanæ et opéribus eius, sicut et mundo, qui inimícus est Dei, abrenuntiávimus, et Deo in sancta Ecclesia cathólica fidéliter servíre promísimus.

Itaque:

S. Abrenuntiátis Sátanæ
O. Abrenuntiámus.
S. Et ómnibus opéribus eius
O. Abrenuntiámus.

親愛的兄弟們：我們的慈母聖教會在這個至聖的夜中、一來追悼着我們主耶穌基督的聖死和殯葬，用以愛還愛的心、守夜不寐；二來以逾格的喜樂、慶祝祂的光榮復活。至於我們方面，按照宗徒所訓示的、我們借着聖洗、是跟着基督進入死亡，也同祂一起埋葬了。故此基督怎樣自死者中復活了，我們也該怎樣度新的生活；的確、我們知道，我們身上的舊人、已和基督一起被釘於十字架上，使我們不再作罪惡的的奴隸了。我們便應把自己看作在我們主耶穌基督內、死於罪惡而為天主生活的人。為此、親愛的兄弟們，勵行神武操練的嚴齋已告終結，我們應重發聖洗的誓願：因為、我們在領洗的時候，曾經聲明過棄絕魔鬼和牠的工作，並棄絕與天主敵對的世俗，同時也誓許了在這個聖而公的教會內、忠誠奉事天主。所以：

司：你們棄絕魔鬼嗎？

眾：我們棄絕。

司：你們棄絕魔鬼的一切工作嗎？

眾：我們都棄絕。

S. Et ómnibus pompis eius
O. Abrenuntiámus.

S. Créditis in Deum, Patrem
omnipoténtem, Creatórem cœli et
terræ?
O. Crédimus.

S. Créditis in Iesum Christum, Fílium
eius únicum, Dóminum nostrum,
natum et passum?
O. Crédimus.

S. Créditis et in Spíritum Sanctum,
sanctam Ecclésiám cathólicam,
Sanctorum communiónem,
remissiónem peccatórem, carnis
resurrectiόnem, et vitam ætérnam?
O. Crédimus.

S. Nunc áutem una simul Deum
precémur, sicut Dóminus noster Iesus
Christus oráre nos dócuit:

O. Pater noster, qui es in cœlis,
sanctificétur nomen tuum. Advéniat
regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut
in cœlo et in terra. Panem nostrum
quotidiánum da nobis hódie, et
dimítte nobis débita nostra, sicut et
nos dimíttimus debitóribus nostris. Et
ne nos indúcas in tentatiόnem, sed
libéra nos a malo.

S. Et Deus omnípotens, Pater Dómini
nostri Iesu Christi, qui nos
regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto,
quique nobis dedit remissiόnem
peccatorum, ipse nos custódiat grátia
sua in eódem Christo Iesu Dómino
nostro in vitam ætérnam. Amen.

司：你們棄絕魔鬼的一切虛榮嗎？
眾：我們全棄絕。

司：你們信全能的天主父，化成
天地嗎？
眾：我們信。

司：你們信祂的惟一聖子耶穌基
督我們主，誕生於世受苦受難嗎？
眾：我們信。

司：你們信聖神，聖而公的教會，
諸聖相通功，罪過的赦免，肉身的
復活及常生嗎？
眾：我們信。

司：現在我們遵照吾主耶穌教給
我們念經的方式，來一同祈求天主。
主。

眾：我們的天父……。

司：並望全能的天主我們主耶穌
基督之父、既曾使我們因水和聖
神而再生，並恩賜了我們得到赦
罪之恩，現在也用祂的聖寵、常
保持我們於耶穌基督內以達常生。
眾：亞孟。

司祭向教眾灑聖水，為喚起他們追想曾領過的聖洗。隨即司祭及五六品等到更衣所改穿行大彌撒的白色祭衣，同時祭臺裝置飾品，並將五傷蠟置於祭臺福音邊。此時眾皆跪着，唱列品禱文後段。

諸聖禱文（第二部份）

Ū. Propítius esto. R. Parce nobis, Dómine.	望主垂憐，	主赦我們。
Ū. Propítius esto. R. Exaudi nos, Dómine.	望主垂憐，	主允我們。
Ū. Ab omni malo. R. Líbera nos, Dómine.	於諸兇惡，	主救我們。
Ū. Ab omni peccáto. R. Líbera nos, Dómine.	於諸罪過，	主救我們。
Ū. A morte perpétua. R. Líbera nos, Dómine.	於永死，	
Ū. Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ. R. Líbera nos, Dómine.	為主降生為人	
Ū. Per advéntum tuum. R. Líbera nos, Dómine.	之神聖奧蹟，	
Ū. Per nativitátem tuum. R. Líbera nos, Dómine.	為主之誕生，	
Ū. Per baptísmum et sanctum ieiúnium tuum. R. Líbera nos, Dómine.	為主受洗及諸	
Ū. Per crucem et passióem tuam. R. Líbera nos, Dómine.	聖齋，	
Ū. Per mortem et sepultúram tuam. R. Líbera nos, Dómine.	為主釘在十字	
Ū. Per sanctam resurrectionem tuam. R. Líbera nos, Dómine.	架上及所受之	
Ū. Per admirábilem ascensionem tuam. R. Líbera nos, Dómine.	諸苦難，	
Ū. Per advéntum Spíritus Sancti Parácliti. R. Líbera nos, Dómine.	為主之死亡及	祈主俯聽我們。
Ū. In die iudícii. R. Líbera nos, Dómine.	埋葬，	主俯聽我們。
Ū. Peccatóres. R. Te rogámus, audi nos.	為主靈魂之可	
Ū. Ut nobis parcas. R. Te rogámus, audi nos.	奇升天，	
	為施慰聖神之	
	降臨，	
	至於審判，	
	我們罪人，	
	求赦我罪，	
	求賜保存祢的	
	聖教會，	
	求賜護佑教宗	
	及教會內諸神	
	聖人員能恆持	
	仁義，	
	求賜馴服聖教	
	會諸仇敵，	主赦我們。

Ū. Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digneris. **R. Te rogamus, audi nos.**

Ū. Ut domnum apostolicum et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris. **R. Te rogamus, audi nos.**

Ū. Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris. **R. Te rogamus, audi nos.**

Ū. Ut regibus et principibus christianis, pacem et veram concordiam donare digneris. **R. Te rogamus, audi nos.**

Ū. Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris. **R. Te rogamus, audi nos.**

Ū. Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. **R. Te rogamus, audi nos**

Ū. Ut fructus terrae dare et conservare digneris. **R. Te rogamus, audi nos.**

Ū. Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris. **R. Te rogamus, audi nos.**

Ū. Ut nos exaudire digneris. **R. Te rogamus, audi nos.**

Ū. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. **R. Parce nobis, Domine.**

Ū. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. **R. Exaudi nos, Domine.**

Ū. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. **R. Miserere nobis.**

Ū. Christe, audi nos.

F. Christe, exaudi nos.

求賜在教中的
國王及領導者
平安和真實和
瑞，

求賜堅存在祢
聖役中的我們，
求賜永福酬於
我的諸恩人，
求賜田地百穀
豐收，
求賜已亡諸信
者得以永息，
求賜垂允我們，

除免世罪天主
羔羊者，
除免世罪天主
羔羊者，
除免世罪天主
羔羊者，

主允我們。

主憐我們。

基督，俯聽我們。

基督，垂允我們。

彌撒

倘有新領洗的，為他們便是首次參與彌撒的聖祭。至於全體的基督民眾，一、該一起感謝天主：祂以基督的復活、賜給普世一個新的生命，二、該呼求恩寵，使我們能成天主真的子女，並以熱切的孝愛、即答聖父的仁慈，一如基督對祂所行了的無異。

禱文唱畢，就改用莊嚴的聲調唱「上主，求祢矜憐」。同時、司祭及五六品等即前到祭臺。不念進臺式的各項經文，司祭逕直走上而口吻祭臺，並當即向祭臺獻香，一如普通的大彌撒內。「上主，求祢矜憐」唱完以後，司祭即開始隆重地唱光榮頌的首句，此時堂鐘齊鳴，奏大風琴，並卸下堂內所有聖像的蒙布。

集禱經

Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria domínicae Resurrectiónis illústras: consérva in nova familiæ tuæ progénie adoptiónis spíritum, quem dedísti; ut, córpore et mente renováti, puram tibi exhíbeant servitútem. Per eúndem Dóminum.

天主，祢既以我們主復活的光榮、照耀這個至聖之夜，求祢將祢所賜的使人成義子的聖神，保存在祢家內新生者的心中，好使他們既獲得了身靈的更新，此後能純粹地事奉祢，因我們主耶穌基督……。

哥 3 : 1 – 4

Fratres: si consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Mórtui enim estis, et vita vestra est abscóndita cum Christo in Deo. Cum Christus apparúerit, vita vestra: tunc et vos apparébitis cum ipso in glória.

書信

弟兄們：你們既然與基督一同復活了，就該追求天上的事，在那裡有基督坐在天主的右邊。你們該思念天上的事，不該思念地上的事，因為你們已經死了，你們的生命已與基督一同藏在天主內了；當基督，我們的生命顯現時，那時，你們也要與他一同出現在光榮之中。

書信唱畢，司祭即以逐次提高的聲調，唱「亞肋路亞」三次，大眾站着同應唱三次。由歌詠班唱：

詠 117 : 1 ; 詠 116 : 1 – 2

Allelúia. Allelúia. Allelúia.
Ū. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sáculum

請你們向上主讚頌，因為祂是美善寬仁，祂的仁慈永遠常存。——

misericórdia eius. Ū. Laudáte
Dominum omnes gentes: et
collaudáte eum, omnes pópuli.
Ū. Quóniam confirmáta est super nos
misericórdia eius: et véritas Dómini
manet in ætérnum.

瑪 28 : 1 – 7

Véspere autem sábbati, quæ lucéscit
in prima sábbati, venit María
Magdaléne, et áltera María vidére
sepúlcrum. Et ecce terræmótus factus
est magnus. Angelus enim Dómini
descéndit de cælo: et accédens
revólvit lápidem, et sedébat super
eum: erat autem aspéctus eius sicut
fulgur: et vestiméntum eius sicut nix.
Præ timóre autem eius extérriti sunt
custódes, et factu sunt velut mórtui.
Respóndens autem Angelus, dixit
mulieribus: «Nolíte timére vos: scio
enim, quod Iesum, qui crucifíxus est,
quæritis: non est hic: surréxit enim,
sicut dixit. Veníte, et vidéte locum,
ubi pósitus erat Dóminus. Et cito
eúntes dícite discípulis eius, quia
surréxit et ecce præcédit vos in
Galiléam: ibi eum vidébitis. Ecce
prædíxi vobis».

Ū. Dóminus vobíscum.
F. Et cum spírítu tuo.
Orémus.

*Non dicitur antiphona ad
Offertorium.*

Súscipe, quæsumus, Dómine, preces
pópuli tui, cum oblatiónibus
hostiárum: ut paschálibus initiáta

—後接唱：列國萬民，請讚美上
主，一切民族，請歌頌上主！因
為祂的仁愛厚加於我們，上主的
忠誠必要永遠常存。

福音

安息日既過，一週的第一日，天
快亮時，瑪利亞瑪達肋納和另外
一個瑪利亞來看墳墓。忽然發生
了大地震，因為上主的天使從天
降來，上前把石頭滾開，坐在上
面。他的容貌好像閃電，他的衣
服潔白如雪。看守的人由於怕他，
嚇得打顫，變得好像死人一樣。
天使對婦女說道：「你們不要害
怕！我知道你們尋找被釘死的耶
穌。祂不在這裡，因為祂已經照
祂所說的復活了。你們來看看那
安放過祂的地方；並且快去對祂
的門徒說：『祂已經由死者中復
活了。看！祂在你們以先往加里
肋亞去，在那裡你們要看見
祂。』看！我已經告訴了你們。」

福音唱畢，不唱念信經。

司：願主與你們同在。
眾：也與你的心靈同在。
司：請眾同禱。

*不念奉獻詠。洗手時所念的聖詠
後，加念「光榮歸於父……」*

密禱經

主，請祢收納祢子民的祈禱和獻
儀；望此由巴斯卦奧蹟所開端的
祭獻，能因祢的妙工、供予我們

mystériis, ad æternitátis nobis
medélam, te operánte, proficiant. Per
Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et
salutáre, te quidem Dómine omni
témpace, sed in hoc potíssimum nocte
gloriósis prædicáre, cum Pascha
nostrum immolátus est Christus. Ipse
enim verus est Angus qui ábstulit
peccáta mundi. Qui mortem nostram
moriéndo destrúxit, et vitam
resurgéndo reparávit. Et ídeo cum
Angelis et Archángelis, cum Thronis
et Dominationibus, cumque ómnia
mílista cœléstis exércitus, hymnum
glóriæ tuæ cánimus, sine fine
dicéntes:

**不唱念「除免世罪的天主羔羊」，也不念平安禮經文，卻照常誦念領聖
體前的兩端經文。**

頌讚經

領了聖體後，司祭照常清洗聖爵及手指，隨即開始唱復活主日的頌讚經：

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia.

P s a l m u s 1 5 0 .
Laudáte Dóminum in sanctis eius *
laudáte eum in firmaménto virtútis
eius.
Laudáte eum in virtútibus eius, *
laudáte eum secúndum multitudínem
magnítudinis eius. Laudáte eum in
sono tubæ, * laudáte eum in psaltério,
et cíthara. Laudáte eum in týmpano,
et choro: * laudáte eum in chordis et
órgano. Laudáte eum in cýmbalis
benesonántibus: laudáte eum in
cýmbalis iubilatiónis: * omnes
spíritus laudet Dóminum. Glória
Patri.

永生的神藥。因我們主……。

復活節頌謝詞

主，時時向祢慶祝，但由於我們
的巴斯卦羔羊——基督被祭殺了，
尤其在今夜更加榮顯地稱揚祢，
實是正義而必須的，屬於我們天
職的，也屬我們的得救。祢就是
除免世罪的真正羔羊：祢以自己的
死亡毀滅了我們的死亡，又以
自己的復活恢復了我們的生命。
為此，我們隨同諸位天神、總領
領天神、上座者和宰制者以及天
上萬軍，合唱光榮祢的聖歌，無
窮期地說：

亞肋路亞，亞肋路亞，亞肋路亞！
亞肋路亞！請眾在上主的聖所讚
美祢，請眾在莊麗的蒼天讚美祢！
請眾為了上主的豐功偉業而讚美
祢，請眾為了上主的無限偉大而
讚美祢！請眾吹起號角讚美祢，
請眾彈琴奏瑟讚美祢！請眾敲鼓
舞蹈讚美祢，請眾拉絃吹笛讚美
祢！請眾以聲洪的鐃鈸讚美祢，
請眾以響亮的鐃鈸讚美祢！一切
有氣息的，請讚美上主！亞肋路
亞。光榮歸於父……。

Ant. Allelúia, allelúia, allelúia.

亞肋路亞，亞肋路亞，亞肋路亞！

隨即司祭開唱以眾和唱以下的經：

Et valde mane una sabbatorum,
veniunt ad monumentum, orto iam
sole, allelúia.

Deinde cantatur Benedictus.

路 1 : 68 – 79

Benedictus @Dóminus, Deus Israël: *
quia visitávit, et fecit redemptiónem
plebis suæ:

Et eréxit cornu salutis nobis: * in
domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctorum, *
qui a sæculo sunt, prophetarum eius:
Salutem ex inimicis nostris, * et de
manu ómnium, qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum
pátribus nostris: * et memorári
testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad
Ábraham patrem nostrum, * datúrum
se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum
nostrórum liberáti, * serviámus illi.
In sanctitáte, et iustítia coram ipso, *
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi
vocáberis: * præíbis enim ante fáciem
Dómini, paráre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salutis plebi
eius: * in remissionem peccatórum
eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: *
in quibus visitávit nos, óriens ex alto:
Illumináre his, qui in ténebris, et in
umbra mortis sedent: * ad dirigéndo
pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri, et Fílio,

Et valde mane una sabbatorum,

一週的第一天黎明的時候，天一
放光明，婦女們來到墳墓，亞肋
路亞。——接唱：

匝加利亞讚歌

上主，以色列的天主應受讚美，
因他眷顧救贖了自己的民族，並
在自己的僕人達味家中，為我們
興起了大能的救主，正如他藉歷
代諸聖先知的口所說過的，拯救
我們脫離敵人和仇恨我們者的手。
他向我們的祖先施行仁慈，記憶
起他自己的神聖盟約，就是他向
我們的祖宗亞巴郎所宣述的誓詞，
恩賜我們從敵人手中被救出以後，
無恐無懼，一生一世在他面前，
以聖善和正義事奉他。至於你，
小孩，你要稱為至高者的先知，
因你要走在上主前面，為他預備
道路，為使他的百姓認識救恩，
以獲得他們罪惡的寬宥：這是出
於我們天主的慈懷，使旭日由高
天向我們照耀，為光照那坐在黑
暗和死影中的人，並引我們的腳
步，走向和平的道路。光榮歸於
父……。

*覆唱：*一週的第一天黎明的時候，

véniant ad monuméntum, orto iam
sole, allelúia.

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis
infúnde: ut, quos sacraméntis
Paschálibus satiásti tua fácias pietáte
concórdes. Per Dóminum nostrum.

Ū. Ite, Missa est, allelúia, allelúia.
T. Deo grátias, allelúia, allelúia.

天一放光明，婦女們來到墳墓，
亞肋路亞。

領主後經

主，求祢將祢的聖愛之神、傾注
我們的心中，使我們大家既蒙祢
飽飫了巴斯卦的聖事，也都能在
祢的慈愛之下同心同德。因我們
主……。

六品：彌撒禮成。亞肋路亞，亞
肋路亞。

眾：感謝天主。亞肋路亞，亞肋
路亞。

向教眾降福後，不念最後福音，司祭及五六品等即進入更衣所。